

*imago. Ceterum hac usus inscriptione Ligorius et Diana Arduinnae titulos nonnullos confinxit (XIV 430\*. 436\*) et Camuli (cf. ad N. 4350). — 2) 'Cives' (sic scriptum in titulis militum oriundorum ex Germania etiam supra N. 2508. 2564. 2878, infra N. 4745. 4811. 4832. Brambach 981) vel potius 'civis Remus' ideo separantur, ut tribus, quae nulla fuit, locus legitimus aliquo modo expleatetur (Henzen).*

**4634** I. o. m. | et Genio loc[i], | Marti Hercul[i] | Mercurio<sup>1</sup> | Ambior-  
marcis<sup>2</sup>, milites leg. XXX U. v. | M. Ulp. Panno, | T. Mans. Marcus, | M.  
Ulp. Lellavvo, | T. Aur. Lavinus | v. s. l. m.

*Rigomagi (Remagen) rep. (Braun Ann. Rhen. 26, 1858 p. 445; inde Bram-  
bach 646). — 1) Sub Martis Herculis Mercurii nominibus latere tria summa nu-  
mina Germanorum (Tac. Germ. 9) monuit Zangemeister Neue Heidelberger Jahr-  
bücher 1895 p. 52. Cf. infra N. 4855. — 2) Vocabulum videtur pertinere ad deo-  
rum nomina quae praecedunt, sed significatio latet (cf. Zangemeister l. c. p. 55).*

**4635** Mercurio | Apollini | Minervae<sup>1</sup> | Togirix | Metiae f. | v. s. l. m.

*Eburoduni (Yverdun) (XIII 5055 = Inscr. Helv. 159 vidit Mommsen). — 1) A  
Gallis maxime Mercurium, post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam  
coli tradit Caesar b. Gall. 6, 47.*

**4636** Apollini Anextiomaro<sup>1</sup> M. A. Sab.<sup>2</sup>

*South Shields (prope Newcastle) rep., patera aenea (Eph. ep. 7, 1162 vidit  
Haverfield). — 1) Sic potius quam Anextiomar- est in aere (Haverfield archaeolo-  
gical journal 30, 1895 p. 296). Idem numen memorari in fragmento lapidis (.. i  
Anex... superest in v. 1) adservato in oppido Le Mans (XIII 5190) notavit Ville-  
fosse bull. monumental 1889 p. 583.*

**4637** Num. Au[g.] | et Genio Apol[li]nis | Atepomari, Iul. Atr|ectus  
Craxanti fil. et Iul. | Gnaius Atrecti fil. d. s. d.

*Non longe a Poitiers rep., loco dicto Peu-Berland, in confiniis Pictavorum  
et Biturigum Cuborum (XIII 4348; Revue celtique 1896 p. 55).*

**4638** et<sup>1</sup> deo Apollini | Cobledulitavo | M. Pompeius, C. Pomp. | Sancti  
sacerdot. | Arensis<sup>2</sup> fil., Quir. Libo<sup>3</sup> | sacerdos Arensis<sup>2</sup>, | qui templum  
deae | Tutelae et therma[s] | public. utraq. ol[im] vetustate collab[sa] | sua  
pecunia rest., | v. s. l. m.

*Périgueux, ubi fuit Vesunna Petruciorum, cf. supra N. 5735 (XIII 939 vidit  
Hirschfeld). — 1) Cum basis superne integra sit, fortasse alter lapis superpositus fuit,  
et in eo alterius dei nomen scriptum. — 2) Sacerdos Arensis est sacerdos ad aram  
Augusti Lugdunensem. — 3) Idem homo cum patre memoratur in titulo Lugduni  
reperto XIII 4704, in quo uterque appellatur sacerdos.*

**4639** Apollini | Mapono<sup>1</sup> | .. Terentius | .. f. Ouf. | Firmus Saen.<sup>2</sup> |  
praef. castr. | leg. VI V. p. f.<sup>3</sup> | [d.] d.

*Hexham in Britannia rep. (VII 1345 descr. Bruce). — 1) Apollini Mapono  
videtur etiam dedicatus esse titulus VII 248. 'Maponi' locus aliunde non notus  
nominatur a Ravennate (3, 31 p. 436, 20) inter diversa loca Britanniae (Hue.). —  
2) Intellegitur Saena Italiae (Siena). — 3) Praefectus .castrorum legionis sextae  
Victricis piae fidelis.*

**4640** deo | Mapono | et n.<sup>1</sup> Aug. | Durio | et Ramio | et Trupo | et  
Lurio | Germa|ni v. s. l. m.